

hoc duntaxat tempore, sed posteritati quoq; neces-
sarum, teneræ iuuentuti utile, cognoscere initia
rerum, doctrinæ & Confessionis huius, quæ à loco
augusto, ubi Augusto Imperatori Carolo ab Au-
gustis Principibus & Maioribus nostris, oblata
hac & exhibita fuit, Augustana nominatur, &
videre, qua occasio[n]es, qua causa, qua benedictio,
qui progressus & successus illius fuerint, qua fide &
pietate, qua granitate & constantia, in quantis
periculis, & scripta eadem, & publicè manibus
Summi Monarchæ, in panegyri omnium natio-
num & Ordinum celeberrima, qualis à Niceni
Conciliij tempore conuocata & habita non est,
tradita fuerit, opera precium esse existimauimus,
nonnulla paulo altius grauissimis de causis, quæ
nemini sanorum ignotæ esse possunt, repetere, &
isopliu[m] commemorare. Vult enim Deus nos me-
mores esse eorum, quæ mirabili progressu & successu
ipse gubernauit, & quorum[en]i[us] heredes nos hacte-
nus esse voluit, ut aliquando filij & posteri nostri
gratis animis, agnoscentes beneficia Dei, dicere pes-
sint illud, quod nobis iam ex Psalmo 44. sape cogi-
tandum & dicendum est: Deus, aurib. nostris au-
diuimus, & Patres nostri annunciauerunt nobis
opus, quod operatus es in diebus eorum, & in die-
bus antiquis. Tu manu tua gentes disperdidisti, &
ipsas plantasti, affixisti populos & ipsos extendisti.
Nec enim in gladio suo possederunt terram, &
brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua
& bra-